



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Scipio Claromontius De Ratione Status**

**Chiaramonti, Scipione**

**[S.l.], 1679**

Monitum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10064**

## MONITUM.

**E**d ut finiam de varietate significationum R. S. observo, quod propter istam copiam contingat, ratione antecedentium, & nonnunquam subsequentium verborum, illam ad hanc, vel illam significationem restringi. Do exemplum hoc. Si jus dicit *Ictus secundum leges civiles*, non dicitur *judicare ex Ratione status*: nam si sic loqueremur, indicarem, sententiam haud ferre secundum leges communes, vocantes novo nomine, & insolito, *judicium ab ipso latum*, & quod sic non *judicaret secundum communem legum viam*, quibus tenetur. Et propter hoc velamen, restringitur tum significatio ad *judicium è re, & utili, non ex justo latum*. Ex adverso si quis dicat, *bonam esse Rationem status, curare, ut iudices sententiam ferant secundum leges constitutas, & secundum earum æquitatem*, non credo repertum iri ullum sanæ mentis, qui id negaverit.

## PARS QUINTA.

*Afferuntur, & dissolvuntur nonnulla dubia adversum ea, quæ dicta sunt.*

**P**ro Epilogo hujus introductionis, proderit dubium quoddam afferre magis urgens, adversum ea, quæ dicta sunt, idque remove: nam plurima alia per se evanescent, ex declaratione rerum dicendarum, prout de iis proposuimus. Dubium itaque est de significatione, attributa à me *Rationi status*, quod *Jus latinè significet*. Reprehendunt nonnulli (I.) hanc opinionem

\*\*\*

(I.) *Frid. Bonavent. lib. 1. c. 6.*